

**www.e-rara.ch**

## **Compilatio Leupoldi ducatus Austriae filii de astrorum scientia**

**Leopoldus, de Austria**

**Augsburg, 1489**

**Stadtbibliothek Schaffhausen**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-79843>

Incipit compilatio Leupoldi ducatus Austriae filii de astrorum scientia.

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)



Loziosus deus et sublimis qui omnia verbo creauit terrā in celi medio prudenter collocauit vt corpora celestia cui virtutū suarum quas a suo creatore et ordinatore acceperāt effectus imprimerent receptaculū inuenirēt. Quia autē dñs seculorū mundanis rebus quas sublimari globo posuit instabiles et caducas impressiones faciat p̄ indiuidua superiora stabilia et perpetua que a luna sursum celi nomine designant: solus ille ignorat qui mēte obstinatus: aut carnalis vite mollicie delicatus: opera superiorū et passiones inferiorū nō cōsiderat et obseruat. Sunt quoq; nōnulli q̄ volunt a simplicibus astrologi nuncupari: vanū nomen a stultis iudicibus vsurpantes: cū suppositis philosophorū positionibus motus illoꝝ depingūt et iactanter ostendūt. Sed sciētia effectū seu fructū non attingunt. Qui cum profecto bene circa hec aduertunt: se nō sapientes sed deuiantes inueniunt. Quis enim nisi demens laboraret in via: et negligeret esse in patria. Quis nisi mente captus campū araret et semina terre mādaret et suimet culpa inde fructū nō colligeret nec gustaret. Dicāt illi an motus celestiuū p̄pter eorū effectus: an effectus propter motū a philosophis est quesitus. Cuius questionis respōsione superposita tāq; certa: motū sciam non reprobo sed prozsus necessariā approbo: finē tamē bonorū his que sunt ad finē iusto rōnis iudicio antepono. Ego sum inq; Leupoldus ducatus austrie filius: qui post longū et cōtinuū studiū astronomiā habeo ad honorē dei tenaciter in intentione omnia que de astroꝝ sciētia cōprehendi in vnū volumē reducere. De motibus autē quia multi de his scripserunt copiose et predixerunt: sumarie pertrāsibo: vt possim amplius et vtilius effectibus inuari: de quib; licet sufficienter scripserūt philosophi: nullū tamē ex eis inueni qui librorū diuersorū sciam in vnū colligeret: et ita studētib; cōpendiū generaret. Ad hec ergo meū grande et graue propositū suppliciter inuoco dei potentiā: vt in suo seruicio me cōfirmet: eiusq; sapiētiā ut meū intellectū illuminet: et suā bonitatē qua sua gratia me conseruet. Non hesitās quin deus ad pficiendum in eo labore gratiā adhibeat et fauorē. Quia dum homines excito ad mirabiliū operū suorū cōsiderationē: ipsos cōsequē in eius amorē et in laudem puoco. Et vt nullus ambigat me p̄sens opus de sua virtute nō de mea probitate confisum reuerenter nō temerarie assumpsisse: ecce ipsum in lucē profero in die natiuitatis ipsius: in cui; nomine cōceptus extitit et inceptus.

**T**itulus operis erit iste. Incipit compilatio leopoldi ducatus austrie fi-  
 lij de astroꝝ scientia. Non enim auctoris non querat. Non enim vnus auctor sed  
 plurimi extiterunt auctores. Ego enim fidelis illoꝝ fui obseruator et diligens co-  
 pilator. Sapientie non operi subicit quicquid enim in ipso dicitur circa theoricam  
 versat. Practica vero istius scientie in preceptis canonum explicat. **D**iuiditur  
 autem in decem tractatus. **P**rimus est de speris et earum circulis et motibus.  
**S**ecundus est de speris planetarum et eorum circulis et motibus. **T**ertius de  
 probatione scientie impressionum et quid sit hec scientia. **Q**uartus de intro-  
 ductorijs iudicijs. **Q**uintus de annorum reuolutionibus. **S**extus de  
 aeris mutationibus. **S**eptimus de natiuitatibus. **O**ctauus de questioni-  
 bus. **N**onus de electionibus cui annectatur naturalis imaginum scientiam astro-  
 nomie filiam: contempnens et reprobans illam nigromanticam diabolicam et prophanam.  
**D**ecimus de intentionibus quam scientia est admirabilis et stupenda.

**R**emissa igitur intentione ac tractatum ordine ab his ad quos  
 compilatio presens peruenerit tria peto. **P**rimum est ut capita  
 omnium propositionum locentur in principijs linearum: quia sic eas in  
 numeri millenarium extendere intendo: commodum numerum et  
 ut tanto promptius inueniantur: et facilius comprehendantur quanto  
 distinctius collocantur. **S**ecundum est ut si aliquis superfluum  
 vel diminutum vel inordinatum inuenit mihi indulgeat. Nam in tanto pela-  
 go quemlibet posset submergere multitudo. **T**ertium est ut considerato meo  
 labore suaque utilitate multas grates faciat me habere. Postremo quod in hoc  
 negotio est necessarius executor: qui copiam eius faciat scientie dilectoribus  
 non detractoribus ad hec omnibus alijs prelegi Raymundum de lauduno  
 capitaneum aurelianum: non quia fulget secundum genus seculi alti sanguinis digni-  
 tate. Sed quia nitet morum laudabili honestate philosophie amator et se-  
 dulus perscrutator: volens et in preteritum laboris sui ei concedere ut non mino-  
 ris executione censeat meriti quam collectore. **A**strologia est scientia que scrutatur  
 motus celestium corporum et demonstrat. **A**stronomia est scientia que celestium  
 corporum obseruat effectus opera et mutationes in istis inferioribus: et quia re-  
 rum effectus sequuntur ad illorum motus et situs: necesse habuit astronomus  
 recipere ab astrologo doctrinam: qua motus et situs celestium cognosceret re-  
 spectu terre in qua fuerit. et exinde iudicium de effectibus circundaret.